

Cap. LXVII. De vendrigulis seu tricolis stantibus in foro comunis.

S tatuimus quod nulla vendrigula seu tercola audeat emere
in platea comunis vel alibi in civitate Tergesti aliquas res
5 causa revendendi ante horam none, sub pena decem sold. par.
pro qualibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta, incontin-
nenti solvendorum sine remissione, de quibus acusator habeat
medietatem. ¶ Et ipsis vel aliqua ipsarum // exsistentibus in 105 A
foro, vendendo aliquos fructus vel aliud, non sint ause filare
10 daspare sescupedare glomare nec infantem a duobus annis
infra penes se tenere, sub pena decem sold. par. pro qualibet
ipsarum contrafatiente et qualibet vice contrafacta. ¶ Et non
sint ause stare sub veteri logia comunis ad vendendum fructus
vel alias res, sub pena viginti sold. par. pro qualibet ipsarum
15 contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et quilibet possit
acusare et adhibeatur fides acusatori cum sacramento, et ha-
beat medietatem condempnationis; exceptis forensibus, quibus
sit licitum vendere panem sub dicta logia. ¶ Et si aliqua
ipsarum tercolarum Tergesti gharulabit seu rumorabit vel fecerit
20 rumorem seu se causabit in dicto foro ubi solent stare, portare
debeat unum lapidem ligatum ad collum ponderis vigintiquin-
que libr. circum circa palacium, vel solvere sold. quadraginta
par. incontinenti sine proclamatione excusarum pro qualibet
ipsarum contrafatiente facta querela, et quilibet possit eas
25 acusare et habeat tertium condempnationis facte occasione
suarum acusationum. ¶ Et quod nulla tercola vel alia persona
pro ea ire debeat ad staraticum comunis, sub pena decem sold.
pro qualibet ipsarum contrafatiente et vice qualibet contra-
facta, incontinenti comuni Tergesti solvendorum sine remissi- // 105 B
30 one. ¶ Et quod nulla tercolla nec alia persona sit ausa vel
presumat ire in vigilia sancti Iusti, causa vendendi aliquas
res, ad ecclesiam sancti Iusti nec portare ad vendendum ali-
quas res ad dictam ecclesiam seu ad dictam ecclesiam in dicta
vigilia in sero, nec etiam tenere in vias et super vias, seu
35 ante domos habitationis alicuius persone, aliquas res causa
vendendi ab hora que pulsatur avemaria in antea, scilicet ab